



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. XLVI. Marsicana successionis. De eadem materia concursus
fœminarum, Vocante scilicèt testatore filios masculos, exclusis fœminis,
sub expressa lege, ut nihil prætendere possent, atque in ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

Et in his specialibus terminis firmatur per Rotam apud Dunozett. decis. 417. repetit. decis. 93. par. 7. rec. ubi testatore demandante post defectam ejus descendendam eligi juvenem, qui uxorem ducere, ac filios procreare deberet, atque ita familiam renovare, laudatur electio viri in provecta & matura ætate constituti, qui plures filios masculos jam habebat, cum ita pinguius impleri dicatur testatoris voluntas, atque certitudinaliter obrinetur, id quod juxta formam ab eo præscriptam esset incertum; In idem conferentibus iis quæ habentur supra in Firmiana primogenitura discurs. 33. super pinguiori implemento voluntatis testatoris, ac finis ab eo desiderati, quamvis forma præscripta in aliquo alteraretur; Ac iis, quæ habentur per Rotam in Avenionensi decisione 77. 134. & 143. par. 7. rec. ubi de vocatione primi filii, qui ex certo matrimonio procreatus existeret de tempore mortis testatoris, quoniam nullo tunc procreato, decisum fuit, & bene, vocationem convenire illi primo filio, qui post plures annos natus esset.

Quod etiam longè post hæc disputata, me quoque scribente decisum fuit in Bononiensi fideicommissorum de Victorio prima Aprilis 1669. coram Carpineo, & de qua causa habetur infra disc. 69. Demandante siquidem testatore, ut defectis illis de linea legitima & naturali, posset aliquis naturalis tantum superstes facere se legitimare, atque fideicommissariam successionem jam vacatam obrinere, deciditur, & bene, vocationem convenire filiis legitimis & naturalibus illius naturalis, qui antequam casus contingeret, jam legitimatus erat, & in qua decisione ponderatur aliud simile, de quo apud celsum decisione 358. In idem cadente etiam receptissima propositione, quæ in ista præsertim ultimarum voluntatum materia ante omnia præ oculis habenda est, ut spectari non debeat cortex & figura verborum, sed substantia voluntatis ex deductis in supra allegatis decisionibus cum aliis per Manticanam de conjecturis lib. 3. tit. 3. num. 9. Fusar. quest. 460. num. 7.

Considerabam quoque ex abundanti, quod etiam in casu quo dicta femina non haberet filios masculos familiam assumentes, dum erat vidua, & virum ducere poterat, id adhuc sufficiebat ad ejus capacitatem non obstante gravi ætate, cum hæc juxta veriorum, ac receptam sententiam non inhabilitet ad matrimonium, cujus implementum cum præscriptum sit per viam modi magis quam per viam conditionis, ac sequi debeat post obtentum emolumentum, non impedit successionis assequutionem, nam sufficit dicere se esse promptam ducere virum congruum, quando occasio præberet, juxta ea quæ habentur supra in Romana fideicommissi de Ursinis discurs. 37. & in decisione 283. par. 11. rec. in ea causa edita numer. 9. & sequent. cum testator non dixerit feminam debere esse habilem ad filiorum procreationem, sed hoc ex abundanti.

o (So)

MARSICANA SUCCESSIONIS

PRO

VICTORIA ET OLIMPIA
DE MACEROLIS

CVM

JACOBO ET ALIIS PARTIBUS
DE MACEROLIS.

Casus disputatus coram A. C. & in Rotam
non decisus super hoc puncto.

De eadem materia concursus fœminarum. Vocante scilicet testatore filios masculos exclusis fœminis, sub expressa lege, ut nihil prætereendere possent, atque in defectu masculorum vocante proximiores collaterales, An sub hac vocatione veniant ne dictæ fœminæ exclusæ ad successiones fratrum institutorum in concursu fratrum collateralium.

SVM MARIVM.

- 1 FActi series.
- 2 Resolutio, & status cause.
- 3 De renunciacione, an sit realis, vel personalis, & missivæ.
- 4 De regula, quod masculinum concipiat feminam, & quando proprie dicta questio cadat.
- 5 De conjecturis, ex quibus femina censetur excludi.
- 6 In Regno Neapolitano femina exclusæ propter masculos remanent sue, & dos succedit loco legitimæ.
- 7 De causa, seu sine, ob quem femina extantibus masculis per patres amplissimè excludi solet.
- 8 Quod hæc exclusio non attendatur ultra causam, & effectum, ob quem facta est.
- 9 Exclusus nomine particulari ab una dispositione, censetur exclusus ab alia dispositione generaliori non veniat sub genere vocato.
- 10 Quando dicatur contemplata agnatio, ob quam femina descendentes excludantur, ob masculos collaterales cognatos.
- 11 Quare vocabulum collateralium, & transmissivum conveniat etiam filiabus testatorum.

DISC. XLVI.

Iulius de Macerolis quinque habens filios, natus Iulium Cæsarem, Joannem Nicolaum, & Constantium masculos, Victoriam & Olimpiam fœminas, relicta istis dote, cum præcepto ut contenta esse deberent, neque aliud quicquam de ejus hæreditate prætereendere possent, illas à dicta hæreditate per verba effrenata excludendo, hæreditatem instituit dictos tres filios masculos cum deficiente & reciproco perpetuo fideicommissio in universum suorum linea masculina & fœminina, quarum utraqque deficiente substituit proximiores collateralium.

transversales; Defunctis autem omnibus absque prole, quorum ultimus fuit Constantius, Jacobus, Julius Cæsar, & Joannes Nicolaus de Macerolis testatori tertio & quarto respectivè, Constantio autem ultimo morienti quarto & respectivè quinto gradu per transversum atinentes, in possessione omnium bonorum de facto se intruserunt, tam testatoris quam Constantii ultimo defuncti ab intestato, Unde dictæ Victoria & Olympia, tam jure intestate successione, quam etiam fideicommissi iudicium immisionis instituerunt coram A. C. à quo prodit reorum conventorum absolutoria, Introducta verò causa per appellationem in Rota coram Emerix, sub die 4. Februarii 1665. infirmata seu neglecta dicta sententia, ad favorem dictarum astricum prodit resolutio, atque in hoc statu, incertum est ex quo impedimento, causa silet, nisi per concordiam sopita sit.

In his autem disputationibus in utroque Tribunali habitis, principalis punctus fuit illæ amplissimæ renunciacionis occasione nuptiarum per dictas feminas factæ ad favorem dicti Constantii, præterdictis dictis reis conventis renunciacionem esse mere realem & extinctivam efficientem dictas feminas mortuas, ideoque ipsis licet remotioribus aperiencem utramque successione, Et de quo puncto habetur actum in sua materia sub tit. de renunciacione in hac eadem causa.

De alio autem puncto fideicommissi actum fuit quali incidenter & per fugam, magis coram A. C. quam in Rota, dum reorum defensores agnoscen-tes huius puncti modicam subsistentiam, toti insistebant in altero renunciacionis; Quatenus verò ad illum pertinet, cum nulla caderet quæstio proximitatis ex persona gravantis vel gravati, dum dictæ feminæ absque dubio erant utriusque proximiores, atque tanquam hodie inhabitata præsupponeretur recepta conclusio, quod in ultimis voluntariis masculinum concipit femininum, quodque sub huiusmodi generalibus vocabulis veniunt tam masculi quam feminæ, potissimè verò ac extra principium dubitandi, ubi agitur de vocabulis non habentibus distinctionem masculini & feminini, sed utrumque sexum pariformiter complectentibus, ut est istud vocabulum *collateralium*, ac etiam sunt alia *descendentium*, *attinentium*, & similia, cum quæstio solùm fuerit apud nostros majores in illis vocabulis, quæ in stricta grammaticali significatione habent sexus distinctionem, ut sunt illa *filiorum* & *neporum*, in quibus terminis propriè cadit quæstio, an masculinum concipiat femininum.

Hinc proinde disputatio restringebatur ad limitationem resultantem à diversa testatoris voluntate, quam scribentes pro dictis agnatis reis conventis dupliciter deducebant; Primò scilicet à prædictarum feminarum exclusione per testatorem demandata cum verbis amplis & effrenatis, ne quidquam ab eius hæreditate quoquo modo præterdere possent; Et secundò quod dum testator defectis lineis filiorum masculinorum, quos hæredes scripserat, vocavit proximiores collaterales & transversales, ita clarè constare dicebatur non sentivisse de istis feminis, quibus utpotè testatoris filiabus collateralium terminus non convenit.

Primum fundamentum verè nullam subsistentiam habebat, nullaque disputationis dote dignum erat, quoniam cum in Regno non obstante Constitutione, quæ incipit, *In aliquibus*, excludente feminas propter masculos à paterna successione, adhuc illa remaneant suæ, atque dos succedat loco le-

gitimæ, qua minor esse non potest, quoties non agitur de dote cum subsequuto effectu constituta in vita patris, sed de relicta post mortem ex iis quæ habentur deducta in *Vritana seu Iamnen. sub tit. de defunctis disc. 108.* ac etiam pluries in sua materia sub tit. de dote, & sub altero de legitima & de racionibus; Hinc proinde testatores relinquentes filios masculos, & constituendo dotes filiabus, huiusmodi cautelas adhibere solent vice alterius cautelæ renunciacionis, quæ de communi usu Italix adhibetur, quando viventes eas in matrimonium carnale vel spirituale collocant, idque tam ratione præteriti supplementi legitimæ, quam ratione dotium maternas, quæ frequentius in paterna hæreditate consuæ esse solent, sive etiam alicujus antiqui fideicommissi, aut investituræ &c. Sed id intelligendum venit durante causa seu sine, ob quem talis exclusio facta est, in gratiam scilicet masculinorum, eorumque descendendum, non autem extraneorum, & minus directorum, quibus verisimile non licet testatorem excluso proprio sanguine officere voluisse, ideoque huiusmodi exclusiones feminarum utpotè ad istam causam referibiles, in nulla vel satis modica consideratione haberi solent ad alios effectus, ut latè cæteris relatis advertitur in *Spoletana bonorum 19. Aprilis 1646. coram Corrado impress. post. Censal. ad peregr. decis. 34.* quæ reputatur in hac materia magistralis, sæpius in aliis canonizata, & conferunt quæ pluries habentur sub tit. de renunciacione præteritum in *Romana fideicommissi de Streccatis, & in Romana seu Vrbevetana successione super theoricâ Bartoli in l. qui Romæ 5. dno fratres ff. de verb. obligat. de qua decis. 186. par. 3. rec.* & frequenter, super renunciacione ad unum finem, seu effectum procurata, non operante diversis effectus verisimiliter nolitis.

Ac etiam in idem ponderabam ea, quæ habentur decis. 235. par. 6. rec. decis. 65. par. 2. & apud Rotas decis. 72. & 90. cum aliis de quibus infra in *Amerina de Ianselicibus disc. 49.* ut exclusio particularis in una parte dispositionis alium habens finem, ubi non sit per modum regulæ generalis, vel ex odio seu detestato, non tollat comprehensionem personæ exclusæ sub genere in alia dispositione vocato, cum similibus.

Aliquam difficultatem concipiebat Judex ex secunda circumstantia, quod vocabulum *collateralium* & *transversalium* in ordine ad testatorem non conveniret dictis feminis tanquam ejus filiabus; Circa quod motivum, reflectendo etiam ad solam veritatem, dicebam quod illud esset satis considerabile, quando concurrerent indicia & conjecturæ contemplatæ agnationis, cujus ratio exigit, ut defecta familia effectiva in propria linea masculina, fiat transitus ad familiam contentivam collateralium, pro ejusdem contemplatæ agnationis conservacione, neglectis feminis, quæ licet de jure sint agnatæ, attamen de facto transiunt ad familiam virorum, ac etiam de jure sunt finis agnationis, quæ in illis rumpitur ac terminatur; Verum in hac facti specie nulla concurrebant indicia & conjecturæ huiusmodi contemplationis, quæ ex frequenter deductis in præcedentibus in dubio non præsumitur, quinimo concurrebant probationes & adminicula in contrarium, nedum quia dictum fideicommissum inter primò institutorum filios & descendentes simpliciter ac indefinitè ordinatum fuerat absque aliquo adjecto masculinitatis, unde absque dubio veniunt tam masculi quam feminæ, sed etiam quia expressè in conditione posuit utramque lineam, tam masculinam, quam femininam, quorum utrum-

LUCA
de
amentis
beat
CVI
9

utrumque passim receptum est esse clarum argumentum exclusivum contemplationis agnationis incompatibilis cum concursu femininarum, earumque descendendum.

Duplicem autem dabam intellectum dictæ vocationi collateralium & transversalium, ut non excluderet præfatas feminas, earumque filios & descendentes; Primò scilicet quod cum testator hanc dispositionem ordinaverit post defectas tres lineas, tam masculinas, quam feminas dictorum filiorum verisimiliter hunc substitutionis gradum in ejus mente proraxit in tempus remotissimum terminationis dictarum linearum, quas vel earum aliquas probabiliter creëdit, & speravit longissimo tempore duraturas, quodque adeo tristis eventus contingere non deberet, ideoque rationabiliter de collateralibus in genere loquutus est, ita exprimendo illos, qui ultimo deficienti proximiores tunc extarent; Et secundò quia ut pluries supra deductum habetur, hodie, cessante contraria testatoris voluntate, receptissimum est attendendam esse proximitatem gravatam autem gravantis, atque ex illius persona successorem regulari, qua persona spectata, rectè istis mulieribus, collateralium & transversalium vocabulum conveniebat, cum dicto fratri ultimo morienti essent collaterales, ideoque non urgente ut supra motivo contemplatæ agnationis, reflectendo etiam ad solam veritatem, certum ac planum videbatur bonum jus dictarum fororum, etiam cum facultate transmittendi hujusmodi bona ad propriam sobolem ac posteritatem, non curando assumere aliam inspectionem utporè non necessariam, parumque proficuum, tanquam restrictam ad earum personas tantum, Anposita etiam contemplatione agnationis ipsæ tanquam agnatæ & de familia habentes prærogativam lineæ præferendæ venirent dictis masculis remotioribus & de diversa linea, ideoque meritò causæ decisio pendebat à puncto renunciationis super quo principalis ac penè tota disputatio fuit.

INTERAMNEN. FIDEICOMMISSI

PRO

HELENA ET ANNA MARIA

CVM

CAROLO ET VALENTINO
DE LEONCINIS.

Responsum pro veritate.

De eadem materia concursus feminarum, Et an feminæ tam in parte conditionali quàm dispositiva, atque tam in portione proprii parentis, quàm in illa patruorum concurrant cum masculis, vel eos respectivè excludant; Et de differentia inter

partem conditionalem circa portionem proprii parentis, & dispositivam circa portionem patris.

SUMMARY.

- 1 **F**Acti series.
- 2 De puncto, an filii in conditione positi vocati remissivè.
- 3 De Statuto Interamnen.
- 4 Stante statuto sub nomine filiorum an veniant feminæ.
- 5 Distinguitur inter partem conditionalem & dispositivam.
- 6 Quod etiam in parte dispositiva veniant feminæ.
- 7 De contraria opinione qua magis placet, & an collaterales primi gradus attendantur.
- 8 Quomodo in proposito attendi debeat statutum.
- 9 De ratione ob quam stantibus his statutis feminæ veniant.
- 10 Quomodo, & in quo sensu hac statuta attendeantur.
- 11 An lucrum vel damnum negotiationis cedat lucro gravato vel hereditati remissivè.

DISC. XLVII.

Stephanus de Leocinis in testamento, magis quatuor filiabus jam nuptis & dotatis, hæc instituit Josephum, Franciscum, Valentinum, Carolum filios masculos, quorum aliquibus in conditione filii substituitur superfluites vel defectus filios in stirpes & non in capita; Obiit autem Joseph superfluitibus Helena, & Anna Mariani ære alieno gravatis ad favorem Caroli Valentini fratrum, & aliorum, deinde obiit Franciscus absque prole, unde propterea superfluitas ne istius orta est controversia inter dictos Carolum & Valentinum, ex una, & præfatas Helenam Annam Mariam, ex quarum parte pro reconsultus sui de duobus ad hanc materiam partibus; Primò an ipsæ tanquam filie in conditione posite essent vocatæ ad portionem dicti Josephi patris, vel potius tanquam ex defectu conditione bona remansissent libera ejusdem patris alieno obnoxia; Et secundò circa successorem dicti Francisci, An in vim dictæ reciproce substitutionis ipsæ præterire possent aequalem concurrebant patris.

Super primo facilis videbatur resolutio, quoniam licet hodie pro regula recepta sit opinio negativa, receptissima tamen est pro limitatione opinio affirmativa ex conjecturis, quæ in rebus transmissis minores desiderantur, quàm in rebus transversalibus, atque plures concurrant concurrens, illa præsertim satis vehemens, & quæ fortiora efficax reputari solet, ubi tales filii vocantur ad portionem patris, quia fortius vocati censentur ad portionem proprii parentis, ut pluries infra ad materiam filiorum in conditione positorum, & de his in *Fulginate, de Roncallis disc. 73. cum sequentibus*.

Quare major inspectio cadere videbatur super altero puncto concursus ad defectam portionem patris cum aliis patris superfluitibus, stante positum statuto feminarum exclusivo in hac civitate, de quo per *Rotam dec. 329. par. 10. r. 1. et alii*, quo casu plurium sententia est, necdum in parte dispositiva, sed etiam in conditionali masculis concipere femininum ex plene relatis per *Carolum resol. 128. cum aliis de quibus infra*.